



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

cello & terræ mandari imperet: quo libentissimè annuente cælorum hastis seu perticis collectis terræque Nassovij ductu & manu infixis sacelli Coemeterijque locus designatus est: cui proin Beatæ Virginis *ab Hasta* nomen diu adhæsit. Quã in defunctos pietatē cælū rependisse *Adolpha* uisum est, quando A. C. 1292. *creatus Romanorum Imperator*. A. 1298. aperto campo concurrendo *ALBERTI Austrij* manu cadens totus exercitus iusta ei funebria unà cum Imperio rite persolvit. *Ex Perario.*

## VI.

**S**TEINFELDII, HEINSBERGII, ELLENÆ in *Julia*; HAMMERENÆ, & SANCTIS, in *Cliuia*; DIVI NORBERTI, exuviarum solemnis expositio qui nobilissimis & copiosis ortus parentibus, adolescens liberalibus disciplinis eruditus, in Archidiaconali Sanctensium amplissimo canonicatu, gratiâque Imperatoris ornatus, omnibus his cælo posthabitis, pelliceâ melotâ indutus, nudis, brumali rigore, pedibus incedens, prædicationi *Verbi Dei* se totum dedit; & cum per *utramq; Germaniam, Galliãq;* innumeros hæreticos in libertatem filiorum Dei afferuisset, peccatores ad pœnitentiã, dissidentes ad concordiam revocasset



câset, publico etiam *Orbis Christiani* commodo, *illustriſſimum Præmonſtratenſium Ordinem* fundâſſet; *inuitus ad Magdeburgenſem Archiepiſcopatum* euectus eſt, *miraculis, prædicatione, & Vtido Spiritu plenus*, Infulam, quam alij gemmis, ipſe *virtutibus* ornauit, à Familiaribus non ſemel dicere auditus, malle ſe infernum, quàm vel vnicum peccatum veniale admittere, quod *Chriſto* illud (ut hominum & **DEI** malum) vnicè diſpliceat. Quo Spiritu ætatèque plenus optabat tenerri- mè ad *Ieſu & Mariæ* conſpectũ quantocyus euolare: & euolavit **A. C. M. C. XXXIV. VI.** Iunij non ſine ſingulari ſummæ lætitiæ ſignifi- catione debitam neceſſitati vitam reddendo. *Ex eius vitâ.*

## VIII.

**I**N perilluſtri *Effendiſi Eccleſia* *Translatio S. Marſi* Confefſoris, cuius **CORPVS** aurea in hierotheca quieſcens, publicæ ſubinde venerationi per annum exponitur. *Ex Annal. Per.*

## VIII.

**M**emoria **S. CLODULPHI**, ex *Mofellano Prin- cipe* *Epifcopi*; ex *Epifcopo Eremicolæ* qui tur- bas & temporalium negotia fugiens, *Silvâ plu-*  

**P** rimis